HIERONYMUS
Saint-Amand, Anfang 9. Jh. (und Salzburg, 1. und 2. Viertel 9. Jh.) Seite 32
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=38240
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



gloria patris cum angelis suis. & sederit in throno gloriae suae iudicans ui
uos & mostuos. Tunc omnes adorabunt eum propter dnm patrem suum. quia
fidelis est qui elegit eum. siue ita intellegendum reges quorum cor in ma
nu dei est. & ecclesiae principes adorabunt te quia fidelis est dns sanctus israel qui
elegit te. Haec autem omnia ad eum refer. qui contempsit animam suam qui
abhominatur a gente. qui seruus est principum. Haec dicit dns. in tempore placi
to exaudiuite. & in die salutis auxiliatus sum tui. & seruauite & dedite
in foedus populi. ut suscitares terram & possideres hereditates dissipatas.
ut diceres his qui uincti sunt exite. & his qui in tenebris reuelamini. In uiis
pascentur. & in omnibus planis pascua eorum. Non esurient neque sitient. &
non percuciet eos aestus & sol. quia miserator eorum reget eos. & ad fon
tes aquarum postauit eos. & ponam omnes montes meos in uiam. & semite
meae exaltabuntur. Ecce isti de longe uenient. & ecce illi ab aquilone
& mari. & isti de terra austroli. Laudate cueli & exultate terra. iubi
late montes laudem. Quia consolatus est dns populum suum. & pauperum
suorum miserebitur. LXX. sic dicit dns. tempore opostuno exaudiuite. &
in die salutis auxiliatus sum tui. & plasmauite & dedite in testamentum
gentium ut constitueres terram. & possideres hereditates desertas. Dice
resque his qui in uinculis sunt exite. & qui in tenebris reuelamini. In omnibus
uiis pascentur. & in omnibus semitis pascua eorum. Non esurient neque sitient.
nec percuciet eos aestus neque sol. sed qui miserator eorum consolabitur eos. &
per fontes aquarum duc & illos. ponamque omnem montem in uiam. & omnem se
mitam in pascua eis. Ecce isti de longe ueniunt. isti ab aquilone & mari.
alia autem de terra persarum. Laetamini caeli & exultate terra. erumpant
montes laetitiam. quia misestus est dns populi sui. & humiles populi sui conso
latus est. hoc testimonio apostolus paulus in secunda ad corinthios
usus est dicens. Tempore opostuno exaudiuite. & in die salutis auxiliatus sum
tui. Ecce nunc tempus acceptabile. Ecce nunc dies salutis. si ergo uas
electionis. ad primi aduentus refert intellegentiam quae dicuntur. &
nos sequamur expossitionis eius uestigia. & instar paruolorum super
adumbratas lineas. praeceptoris litteras inprimamus. Tempus placitum.